# THE SARUM RITE
## Breviarium Sarisburiense cum nota.

## Tome C.
## Fasciculus 3.
Pagine {235}-{339}.

## Proprium de sanctis.
## Festi Februarii.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMXIII.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2013.
Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2013.

# ℂ *Sancte Brigide virginis non martyris.*

(*j. Februarius.*)

*iij. lectiones.*

*Oratio.*

SAncte Brígide vírginis tue Dómine quésumus precátio tibi grata nos ádjuvet : et tuam nobis indulgéntiam póscere non desístat. Per Dóminum [nostrum].[1]

*Lectio j.*

SAncta ítaque Brígida, quam Deus prescívit, et ad etérnam glóriam predestinávit, de bona ac prudentíssima prosápia Scótica orta, patréque Dúpthoco[2] et matre Brocca génita : a sua puerítia bonárum rerum stúdiis inolévit. Eléсta enim a Deo puélla, móribus sobrietátis ac pudicítie plena : in melióra semper crescébat. Et quis sua[3] ópera ac virtútes, quas étiam in hac etáte gessit, pleno enarráre valet ? Sed hec pauca de innumerabílibus, exémpli causa ponénda curávimus. Cum ergo tempus matúrum advénit in opus coáguli, at de turbáto vaccárum lacte bútyrum congregarétur : a matre transmíssa est, ut sicut álie fémine hoc opus exércere solébant, ipsa quoque equáli modo perágeret.

*Lectio ij.*

ET cum cétere témpore cóngruo vaccárum fructum ac pondus mensurátum bútyri sólitum, secúndum jussum fácerent : hec[4] móribus pulchérrima et hospitális virgo, obedíre magis Deo volens quam homínibus, paupéribus et hospítibus lac largíter et bútyrum distríbuit. Et cum secúndum morem, oportúnum advénit tempus, ut omnes rédderent fructum vaccárum : ad eam pervéntum est. Et cum cooperatríces ejus monstrárent sua ópera compléta : quésitum est a supradícta vírgine ut et ipsa simíliter suum assignáret opus. Et ipsa matris timóre pávida, cum non habéret quod monstráret, quia [*22v.*] totum paupéribus erogáverat, crástinum non procúrans tempus : magna et inextinguíbili fídei flamma accénsa ac firma, ad Dóminum se convértens orávit. Nec mora, Dóminus vocem vírginis áudiens ac preces, largitáte divíni múneris (sicut est adjútor in

oportunitátibus) áffuit : et pro sua in se vírgine confidénti affluénter bútyrum restítuit.

*Lectio iij.*

ET ecce non multo post, cum eam sui paréntes more humáno viro desponsáre volébant : illa célitus inspiráta se vírginem castam exhíbere Deo volens ad epíscopum sanctíssimum beáte memórie Machílle perréxit. Qui celéste íntuens desidérium et pudicítiam, et tante castitátis amórem in vírgine, pállium album et vestem cándidam super ipsíus venerábile caput impósuit, que coram Deo et epíscopo ac altári génua humíliter flectens, et suam virginálem corónam Dómino omnipoténti ófferens, fundámen lígneum quo altáre fulciebátur manu tetígit : quod lignum in commemoratiónem prístine virtútis usque ad presens tempus víride, ac si non esset excísum et decorticátum, sed quasi in radícibus fixum viréscit, et usque hódie languóres et morbos de multis expéllit fidélibus. Et quis dinumeráre potest divérsas turbas et innumerábiles pópulos de ómnibus provínciis Hybérnie ad eam confluéntes ? Alii propter epulárum abundántiam, álii ad spectáculum turbárum, álii propter suas sanitátes de suis languóribus, álii cum magnis donis et munéribus conveniéntes ad solennitátem [nativitátis][5] sancte Brígide : que in die kalendárum Februárii mensis dórmiens secúra sárcinam dejécit carnis, et Agnum Dei in celéstibus mansiónibus secúta est.

*Cetera de communi unius virginis non martyris.* [916].



[1519-S:43v.]

# ℂ *In purificatione beate Marie virginis.*

(*ij. Februarius.*)

## *Ad j. vesperas.*

*Ant.* O admirábile [commércium].[6] 509.

*Ps.* Dixit Dóminus. (*cix.*) [311].

*Ant.* Quando natus. 510.

Ps. Confitébor. (*cx.*) [312].

*Ant.* Rubum quem. 510.

*Ps.* Beátus vir. (*cxj.*) [313].

*Ant.* Germinávit [radix].[7] 511.

*Ps.* De profúndis clamávi. (*cxxix.*) [333].

AS:79; 1519:95v; 1531-S:22v.[8]

3677. 5. Ant. II.i.



MAg- num * he-re-di-tá-tis mysté- ri- um : temp-



lum De- i factus est ú-te-rus nesci- éntis vi-rum, non est pol-



lú-tus ex e- a carnem assúmens, om- nes gen-tes vé-ni- ent



di-cén-tes : Gló-ri- a ti-bi Dó- mi-ne. *Ps.* Meménto. (*cxxxj.*) [337].

*Capitulum.* (*Malachie iij.* 1.)

ECce ego mitto ángelum meum qui preparábit viam ante fáciem meam : et statim véniet ad templum sanctum[9] suum Dominátor quem vos quéritis, et ángelus testaménti quem vos vultis.

AS:395; 1519-S:43v; 1531-S:22v.[10]

7869. Resp. III.



VI- dé-te * mi-rá- cu-lum ma- tris Dó-mi- ni, con-



cé-pit vir- go vi-rí- lis igná- ra con- sórti- i. †Stans


one-rá- ta nó-bi- li óne-re Ma-rí- a. ‡Et ma-
trem se le- tam cog-nós- cit : que se nes- cit ux-
ó- rem. ℣. Hec spe-ci- ó-sum forma pre fí-li- is
7869z.
hómi-num castis concé-pit vis-cé-ri-bus : et be-ne-dícta in
e-tér-num De-um no-bis pró-tu- lit et hómi-nem.
†Stans. ℣. Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o :
et Spi-rí-tu- i Sancto. ‡Et ma- trem.

HS:145r; 1519-S:44r; 1531:22v.[11]

8378. Hymn. I.






℣. Respónsum accépit Sýmeon : a Spiritusáncto.

℟. Non visúrum se mortem nisi[12] vidéret Christum Dómini.

AS:396; 1519-S:44r; 1531-S:22v.[13]

Ant. IV.ii.




3127.



me-on, homo iste justus et ti-mo-rá-tus expectá-bat re-



dempti-ónem Isra-el : et Spi-ri-tussánc-tus e-rat in e-o.



*Ps.* Magníficat. 60*.

*Oratio.*

Omnípotens sempitérne Deus majestátem tuam súpplices exorámus : ut sicut unigénitus Fílius tuus hodiérna die cum nostre carnis substántia in templo est presentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus presentári. Per eúndem.

## ℂ *Ad completorium.*

AS:55; 1519-S:44v; 1520-S:36v; 1531-S:22v; 1531-P:46r.

5456. Ant. II.i.



Virgo verbo concé-pit, * virgo permánsit : virgo pé-



pé-pe-rit Re-gem ómni-um re-gum. *Ps.* Cum invocárem.
(*iv.*) [□62].

*Capitulum.* Tu in nobis. [364].
*Hymnus.* Salvátor mundi. [369].
℣. Custódi nos. [367].

AS:396; 1519-S:44v; 1531-S:22v.

Ant. IV.iii. 2852.




*Hec antiphona dicatur super psalmum* Nunc dimíttis. *et in omnibus festis : et per octavas beate Marie : in commemoratione ejusdem per totum annum : nisi in adventu Domini : et etiam in annunciatione : et in tempore paschali.*

## ℂ *Ad matutinas.*

AS:397; 1519-S:44v; 1531-S:22v.[14]

Invit. IV.v. 1072. [*23r.*]



HS:146r; 1519-S:44v; 1531-S:40v.[15]

8375. Hymn. II.





Spí- ri-tu : De-si-de-rá-tus gén-ti-bus, Cu-jus per al-vum



fu-sus est. 5. Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-ne, Qui na-tus es



de Vír-gi-ne : Cum Patre et Sancto Spí- ri- tu, In sempi-



térna sé-cu-la. Amen.

## ℭ *In primo nocturno.*

AS:397; 1519-S:45r; 1531-S:23r.[16]

1. Ant. I.v.

 4986.

SPe-ci- á- lis * Virgo inter ágmi-na vír- gi-num gau-



de, mú-ne- re magní- fi-co que so- la Re-gem re- gum fer-



re Ma- rí- a dig- na fu- ís-ti cas- ta intra vísce-ra :



quo mi-no-rá- tus páu-lu-lum ab ánge-lis est De- i-tá-te



qui Pa-tri consími-lis. *Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

AS:397; 1519-S:45r; 1531-S:23r.[17]

1838. 2. Ant. II.i.



CE- li Re-gí- nam * Ma-rí- a te ju-re fa-témur :



ex cu- jus thá- lamo pro-céssit Justí- ci- e Sol.



*Ps.* Celi ennárrant. (*xviij.*) [34].

AS:397; 1519-S:45r; 1531-S:23r.

5446. 3. Ant. III.i.



VIrgo Cre- a-tó- ris * ce- ló-rum Ma-ter et orbis



innó- cu- is má-ni-bus mun-do quoque corde be- á-to,







℣. Sancta Dei génitrix virgo semper María. [194].

*Lectio prima.*



*Augustinus, sermone 2. de tempore, b.*

Exúltent vírgines : Virgo María péperit Christum. Nil in ea quod vovit Deo putent exterminátum : mansit virgo post partum. Exúltent vídue : infántem Christum vídua Anna cognóvit. Exúltent conjugáte : nascitúrum Christum Elízabeth nupta prophetávit. Nullus gradus pretermíssus est : de quo non habéret testimónium salus ómnium. Nunquid enim sole vírgines ad regnum celórum pervéniunt ? Pervéniunt et vídue. Sancta Anna a virginitáte sua septem

annis víxerat cum viro suo. Quo defúncto : usque ad senílem etátem pervénerat : et senectúte sancta expectábat infántiam Salvatóris, ut parvum vidéret annósa, párvulum cognósceret anícula, intrántem in mundum Salvatórem vidéret itúra.[18]

AS:397; 1519-S:45v; 1531-S:23r.[19]

1. Resp. VIII.

6051.




*Lectio secunda.*

ET in masculíne sexu : tria ipsa génera commendáta sunt. Ipse Christus puer natus est : exúltent púeri continéntiam vovéntes púero. Ipse vero integritátem pueritie consecrávit : qui sue matri fecunditátem

áttulit, virginitátem non ábstulit. Sýmeon ille senex diu víxerat : cujus etas comparátur Anne. Et audíerat respónsum, quod non esset visúrus mortem : nisi prius vidísset Christum. Intellígite fratres quantum desidérium habébant antíqui sancti vidére Christum. Sciébant illum esse ventúrum : et omnes qui pie vivébant, quotídie in oratiónibus suis dicébant, O si me hic invéniat illa natívitas. O si quod credo in scriptúris Dei vídeam óculis meis. Et ut novéritis quantum desidérium habébant antíqui sancti qui nóverant vírginem paritúram : sicut audístis cum Esáyas legerétur, Ecce virgo in útero concípiet, et páriet fílium : et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Emmánuel quid sit, Evangélium nobis apéruit dicens : Quod interpretátur Nobíscum Deus.

AS:398; 1519-S:45v; 1531-S:23r.[20]

2. Resp. III. 7406.



7406a.




*Lectio tertia.*

NOn tibi ergo obstet quecúnque infidélis[21] ánima, non tibi videátur impossíbile ut virgo paréret : et virgo páriens permanéret. Intéllige natum Deum : et non miréris vírginis partum. Ut ergo novéritis antíquos sanctos et justos optásse vidére, quod concéssum est huic seni Symeóni : Dóminus noster Jesus Christus ad discípulos loquens ait, Multi justi et prophéte voluérunt vidére que vos vidétis, et non vidérunt : et audíre [*23v.*] que áuditis, et non audiérunt. Multum enim senex iste fuit ad audiéndum serus : sed ad vidéndum matúrus. Non expectávit ut Christum vidéret loquéntem : quem vidit infántem. Et illi hoc concéssum erat jam decrépito : quasi desideránti et suspiránti et dicénti quotídie in orationibus suis, Quando véniet ? Putas hic me invéniet ? Putas isti óculi vidébunt : per quem cordis óculi revelabúntur. Dicébat ista in orationibus suis : et pro desidério suo áccepit respónsum quod non gustáret mortem, nisi vidéret Christum Dómini. Gestábat enim María mater ejus infántem : vidit ille et agnóvit. Ubi nóverat quod agnóvit ? Intus est revelátus : qui foris est natus. Vidit et agnóvit. Agnóvit Sýmeon infántem tacéntem : et occidérunt Judéi júvenem mirácula faciéntem.

AS:398; 1519-S:46r; 1531-S:23v.[22]

3. Resp.
IV.



OB- tu-lé-runt * pro e-o Dó-mi-no par 7307.



túrtu- rum aut du-os pullos co- lumbá- rum. †Si- cut



scriptum est in le-ge Dómi- ni. ℣. Postquam 7307b.



implé-ti sunt di- es purga-ti- ó-nis Ma-rí- e : tu-lé-runt



Je-sum in Je-rú-sa-lem ut síste-rent e- um Dó- mi- no.



†Si- cut.

[℣. Glória Patri. 94*. †Sicut.][23]

## *In secundo nocturno.*

AS:399; 1519-S:46r; 1531-S:23v.[24]

4. Ant.
IV.ii.



GRá- ti- a * ce-léstis Re-pa-rá-trix tó- ti- us orbis : 2967.



diffú-sa est lá-bi- is Vir-go Ma- rí- a tu- is, propté-re- a



re-gum Rex te be-ne-díx-it in e- vum, et fa-cit a dex-tris



casta se-dé-re su- is, áu-re- a quam ful- vo vestis cir-cún-



da-ta limbo : ambit, et ex-ór- nat ri- téque condé- co-rat.



*Ps.* Eructávit cor meum. (*xliv.*) [206].

AS:399; 1519-S:46v; 1531-S:23v.[25]

4745. 5. Ant. V.i.



SAnctí-fi-cans Dómi-nus templum * Christus si- bi



dig-num : Vírgi-ne Matre sa- tus, descéndit ab ar-ce po-



ló-rum cuncte cu- i gen-tes ter- re simul ómni- a reg-na



gaude De- i Gé-ni-trix di-cunt he Ký-ri- a che-re.



*Ps.* Deus noster refúgium. (*xlv.*) [207].

AS:399; 1519-S:46v; 1531-S:23v.[26]

6. Ant. VI.

 1532.

AU- la * Ma-rí- a De- i cas-ti ti-tu-lúsque pu-



dó-ris : porta Sy-on rú-ti- lis semper fundá- ta sa-phí-ris,



que so- la ex cunctis pla-cu- ís-ti cas- ta to-nán-ti :



sús-ci-pe servó-rum mí-se-rans pi- a vo-ta tu- ó-rum.



*Ps.* Fundaménta ejus in. (*lxxxvj.*) [270].

℣. Post partum [virgo invioláta].[27] [188].

*Lectio iiij.*

Cum ergo cognovísset Sýmeon : accépit eum in ulnas suas, hoc est in bráchia sua : et amplexátus est eum. Portábat a quo portabátur. Ipse enim est Christus sapiéntia Dei, attíngens a fine usque ad finem fórtiter : et dispónens ómnia suáviter. Quantus ibi erat et quam magnus : quam parvus factus erat. Parvus factus : parvos querébat. Quid est quod parvos querébat ? Non supérbos : sed húmiles colligébat. In presépe dignátus est poni : ut esset piórum cibárium jumentórum. Accépit ergo eum Sýmeon in bráchia sua : et dixit, Nunc dimíttis servum tuum Dómine in pace. Dimíttis in pace : quia vídeo pacem. Quare ergo dimíttis in pace : quóniam vidérunt óculi mei salutáre tuum. Salutáre Dei Dóminus Christus : annunciáte diem ex die salutáre ejus. Habétis ergo púeri púerum Christum : sancti senes, senem Symeónem. Si autem quéritis ut et conjugátus áliquis vir testimónium Dómino perhíbeat : Zacharíam consideráte. In manus suas Sýmeon infirmitátem accépit : sed majestátem intus agnóvit. Nemo contémnat natum : si vult esse renátus. Ad illum pertínuit propter nos nasci : ad nos pertíneat in illo renásci, qui venit in hunc mundum peccatóres salvos fácere, Jesus Christus Dóminus noster, cui est glória et potéstas in sécula. (*Hucusque Augustinus.*)

AS:400; 1519-S:47r; 1531-S:23v.

7666. 4. Resp. VII.






7666a.

*Lectio v. Ambrosii super Lucam, lib. 2. capite* 8.[28]

ET ecce homo erat in Hierúsalem cui nomen Sýmeon : et homo iste justus et timorátus, expéctans consolatiónem Israel. Non solum ab ángelis et prophétis, a pastóribus et paréntibus, sed étiam a senióribus et justis : generátio Dómini accépit testimónium. Omnis etas et utérque sexus : eventorúmque mirácula fidem ástruunt. Virgo génerat, stérilis parit, mutus lóquitur, Elízabeth prophétat, magus adórat : útero clausus exúltat, vídua confitétur, justus expéctat. Et bene justus : qui non suam sed pópuli grátiam requirébat, cúpiens ipse corpóree vínculis fragilitátis absólvi, sed expéctans vidére promíssum. Sciébat enim quia beáti óculi qui eum víderent. Nunc inquit dimítte servum tuum. Vidéte justum velut corpóree cárcere molis inclúsum velle dissólvi : ut incípiat esse cum Christo. Dissólvi enim et esse cum Christo : multo mélius. Sed qui vult dimítti [in pace][29] : véniat in templum : véniat in Hierúsalem, expéctet Christum Dómini. Accípiat in mánibus Verbum Dei : complectétur[30] velut quibúsdam fídei sue bráchiis. Tunc dimittétur ut non vídeat mortem : [*24r.*] quia víderit vitam.

AS:400; 1519-S:47r; 1531-S:24r.[31]






*Lectio vj.*

VIdes úberem in omnes grátiam Dómini generatiónes diffúsam : et prophétiam incrédulis negátam esse non justis. Ecce et Sýmeon prophétat in ruínam et resurrectiónem plurimórum venísse Dóminum Jesum Christum : ut justórum iniquorúmque mérita discérnat : et pro nostrórum qualitáte factórum judex verus et justus, aut supplícia decérnat aut prémia. Et tuam (inquit) ipsíus ánimam pertransíbit gládias. Nec líttera nec hystória docet ex hac vita Maríam corporális necis passióne migrásse. Non enim ánima : sed corpus materiáli gládio transverberátur. Et ídeo prudéntiam Maríe haud ignáram mystérii celéstis osténdit. Vivum enim [est] verbum [Dei] et válidum[32] et acútius omni gládio acutíssimo, pénetrans usque ad divisiónem ánime et spíritus, artuúmque et medullárum, cogitatiónes cordis et secréta scrutátur animórum : quia nuda méntium et apérta sunt ómnia Dei Fílio, quem consciéntie secréta non fállunt. Prophetávit ítaque Sýmeon : prophetáverat copuláta conjúgio, prophetáverat Virgo. Débuit étiam vídua prophetáre : ne qua aut proféssio deésset aut sexus. Et ídeo Anna et stipéndiis viduitátis et móribus talis indúcitur : ut digna plane fuísse credátur, que Redemptórem venísse ómnium nunciáret. Cujus mérita cum álibi descripsérimus, cum víduas hortarémur : hoc in loco quóniam ad ália properámus non putámus iteránda. Non ocióse tamen annos octogintaquátuor viduitátis ejus expréssit : quia et septem duodecádes et duos quadragésime : sacrum vidéntur númerum designáre. Tu autem, Dómine miserére nostri.

AS:395, 401; 1519-S:43v, 47v; 1531-S:24r.[33]

6. Resp. III. 7869.





cé-pit vir- go vi-rí- lis igná- ra con- sórti- i : stans



one-rá- ta nó-bi- li óne-re Ma-rí- a : et ma-



trem se le- tam cog-nós- cit. †Que se nes- cit ux-

7869b.



ó- rem. ℣. Vir- go concé-pit et virgo pé-pe-



rit : et post partum vir- go permán- sit. †Que se.



℣. Gló- ri- a. 93*. †Que se.

## ℂ *In iij. nocturno.*

AS:401; 1519-S:47v; 1531-S:24r.[34]

4405. 7. Ant. VII.i.



PSál-li-te cantántes * Dó-mi-no no-va cán-ti-ca



Christo : omnis et il-lí- us nomen be-ne-dí- ci-to tel-lus,



mun-do Virgí-ne- a quem flo- rens pró-tu- lit alvus.



*Ps.* Cantáte. *j.* (*xcv.*) [278].

AS:401; 1519-S:48r; 1531-S:24r.[35]

8. Ant. VIII.i.

 2821.

EX-úl- tet * tel-lus le-tén-tur et ínsu-le Chris-to



regnán-te Da-ví- ti-co gérmi-ne : quem Virgo sa-cra pu-ri-



tá- tis grémi- o pro-lá- tum mundo e-dí-dit cas-tís-sima



Ma-rí- a cu-jus cé-lebrans sol-lénni- a plebs ve-ne-rá- tur



u-bíque fi- dé-li- um. *Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:401; 1519-S:48r; 1531-S:24r.[36]

9. Ant. IV.i.



1540. A - ve * o The-othó-cos Virgo Ma-rí- a : que tri-nam



mundi re-gén-tem má-chi-nam Fí-li- um pro- tu- lís-ti :



hinc ri- te ex- al-tá-ta sup-ra sý-de- ra laudá-ris



per sé-cu-la. *Ps.* Cantáte. *ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Speciósa facta. [189].

[*Lectio septima.*]

*Lectio sancti Evangelii. Secundam Lucam. ij.* (22–23.)



IN illo témpore, Postquam impléti sunt dies purgatiónis Maríe secúndum legem Móysi : tulérunt Jesum in Hierúsalem ut sísterent cum Dómino, sicut scriptum est in lege Dómini, quia omne masculínum adapériens vulvam, sanctum Dómino vocábitur. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

14. *primi libri.*[37]

SOlenitátem nobis hodiérne celebritátis quam quadragésimo Domínice nativitátis die débitis venerámur officiis : máxime ejúsdem Dómini ac Salvatóris nostri simul et intemeráte genitrícis ejus humilitáte dedicátam, sacra Evangélii léctio désignat : expónens eos qui nichil legi debébant, impléndis se legálibus per ómnia subdidísse decrétis. Precépit namque lex, ut múlier que suscépto sémine peperísset fílium, immúnda esset septem diébus, et in die octávo circunciderétur infántulus, noménque aptarétur. Deínde étiam álios trigínta tres dies ab ingréssu templi ac viri thoro abstinéret : donec quadragésimo nativitátis die fílium cum hóstiis ad templum Dómini deférret. Primogénitum autem omne masculíni sexus sanctum Dómino vocári : atque ídeo munda queque offérri Deo, immúnda autem mundis mutári vel occídi : et hóminis primogénitum quinque siclis argénti debére rédimi. [24v.]
Tu autem.

AS:401; 1519-S:48r; 1531-S:24v.[38]

7. Resp.
I.

6367.



6367d.







*Lectio viij.*

INtueámur fratres charíssimi diligéntius verba legis que proposúimus : et vidébimus apertíssime quam beatíssima Dei Génitrix et perpétua Virgo María cum Fílio quem génuit, ab omni fúerit legis subjectióne libérrima. Cum enim dicat lex mulíerem que suscépto sémine peperísset immúndam decérni : et per longa témpora simul cum prole quam genuísset oblátis víctimis debére mundári : patet profécto, quia illam que sine vírilis susceptióne séminis Virgo péperit, una cum Fílio qui natus est ei, neque immúndam descríbat neque per hóstias salutáres dóceat esse mundándam. Sed sicut Dóminus ac Salvátor noster, qui divinitátis legem dedit, appárens in hómine fíeri vóluit sub lege, ut eos qui sub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus : ita étiam beáta Génitrix illíus que singulári privilégio supra legem fuit, pro ostendéndo tamen humilitátis exémplo legálibus subdi non refúgit institútis. Et ut darent (inquit) hóstiam secúndum quod scriptum est in lege Dómini : par túrturum, aut duos pullos columbárum. Tu autem.

AS:402; 1519-S:48v; 1531-S: 24v.[39]

8. Resp. VI.

7745.






7745g.

*Lectio ix.*

Libet fratres charíssimi paulísper intuéri : cur máxime supradícte vólucres in hóstiam Dómini jubéntur offérri. Nam et Abraham patriárcha tanto ante legem témpore : has in olocáustum Dómino légitur obtulísse. Et in plerísque legis cerimóniis : qui mundándus esset, per has jubebátur mundári.[40] Colúmba ergo simplicitátem, turtur índicat castitátem : quia et colúmba simplicitátis est, et castitátis amátor est turtur : ita ut et si casu cónjugem perdíderit, non áliam quérere curet. Mérito ergo turtur et colúmba Dómino offerúntur in hóstiam : quia nimírum simplex et pudíca fidélium conversátio, est illi gratum sacrifícium justície, quia qui labórat in gémitu suo, qui láchrymis stratum suum síngulas per noctes ábluit, acceptíssimam prorsus Deo víctimam mactat. Cum vero utráque

avis ista propter consuetúdinem geméndi preséntes sanctórum luctus et desidéria supérna désignet : hoc tamen dífferunt, quod turtur solivágus, colúmba autem gregátim gémere consuévit. Et ob id, ista secrétas oratiónum láchrymas : illa públicos ecclésie convéntus insínuat. Bene autem puer Jesus primo circuncíditur, ac sic interpósitis diébus Hierosólymam cum hóstia defértur : quia et ipse cum júvenis esset, prius omnem carnis corruptiónem moriéndo ac resurgéndo calcávit, ac deínde interpósitis diébus cum ipsa carne jam immortáli quam pro nostra salúte hóstiam Deo fécerat, ad gáudia supérne civitátis ascéndit. Tu autem.

AS:402; 1519-S:49r; 1531-S: 24v.[41]

6579.




6759a.




[*Ante laudes.*]

℣. Respónsum accépit Sýmeon a Spiritu Sáncto.

℟. Non visúrum se mortem nisi[42] vidéret Christum Dómini.

## ℂ *In laudibus.*

AS:403; 1519-S:49r; 1531-S: 24v.[43]

1. Ant. III.iv.




4951.



dempti- ónem Isra- el : et Spi-ri-tus-sánctus e-rat in e-o.



*Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:403; 1519-S:49v; 1531-S: 24v.[44]

4639. 2. Ant. III.iv.



R Espónsum accé-pit * Sýme-on a Spi-ri-tu-sáncto :



non vi-sú-rum se mortem ni-si vi-dé-ret Dómi-num.



*Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:404; 1519-S:49v; 1531-S:24v.[45]

1233. 3. Ant. III.iv.



A C- cí-pi- ens * Sýme-on pú- e-rum in má-ni-bus grá-



ti- as a-gens be-ne-díx-it Dómi-num. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:404; 1519-S:49v; 1531-S:24v.

4. Ant. VII.iii.

 3975.

NUnc dimít-tis Dómi-ne * servum tu-um in pa- ce :



qui- a vi-dé-runt ó-cu-li me- i sa-lu-tá-re tu-um.



*Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:404; 1519-S:49v; 1531-S:24v.[46]

5. Ant. VII.iii.

 5398.

VI- dé- runt * ó-cu-li me- i sa-lu-tá- re tu- um :



quod pa-rás- ti ante fá-ci- em óm-ni- um po-pu-ló-rum.



*Ps.* Laudáte. (*cxlviij-cl.*) [49].

*Capitulum.* Ecce ego mitto. {238}.

HS:147r; 1519:49v; 1531-S:42v.[47]

Hymn. II.

 8375e.

O glo- ri- ó-sa fé-mi-na, Excél-sa supra sý-de-



ra : Qui te cre- á-vit pró-vi-de, Lac-tans sacrá-to ú-be-re.



2. Quod E- va tris-tis ábstu-lit, Tu reddis almo gérmi-ne :



Intrent ut astra flé-bi- les, Ce- li fe-néstra fac-ta es.



3. Tu re- gis al-ti já-nu- a, Et por-ta lu-cis fúl-gi-da :



Vi-tam da- tam per vír-gi-nem, Gentes re-démpte pláudi-te.



4. Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-ne, Qui na- tus es de Vír-gi-ne :



Cum Patre et Sancto Spí- ri- tu, In sempi-térna sé-cu-la.



Amen.

℣. Suscépimus Deus misericórdiam tuum.

℟. In médio templi tui.

AS:404; 1519-S:50r; 1531-S:24v.[48]




4864.

[25r.]

*Ps.* Benedíctus. 52*.

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. {242}.

## ℂ *Ad j.*

*Ant.* Sýmeon Justus. *j. de laudibus.* {265}.

*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95].

*Ant.* Gratias tibi. [99].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

## ℂ *Ad iij.*

*Ant.* Respónsum [accépit].[49] *ij. de laudibus.* {266}.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum.* Ecce ego mitto. {238}.

[ ℂ *Hic cantus sequens dicatur hac die et in die assumptionis et nativitatis et conceptionis beate Marie ad tertiam super hoc responsorium.*][50]

AS:404; 1519-S:50r; 1531-S:25r.[51]

7568. Resp. IV.



SAncta De- i gé-ni-trix. †Virgo semper Ma-rí- a.

7568a.



℣. Intercé-de pro no-bis ad Dómi-num De- um nostrum.



†Virgo. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i. Sancto.



Sancta.

[ ℂ *Hic cantus sequens dicatur quotidie per octava et in octavas assumptione beate Marie et nativitate et in comemoratione ejusdem per totum annum extra adventum et tempus paschalis ad tertiam super hoc responsorium.*][52]

1519-S:50r; 1531-S:25r.

7568. Resp. VI.



SAncta De- i gé-ni-trix. †Virgo semper Ma-rí- a.

7568a.



℣. Intercé-de pro no-bis ad Dómi-num De- um nostrum.



†Virgo. ℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.




℣. Post partum [virgo invioláta permansísti].[53] [188].

[ ℂ *In tempore paschali dicatur hic cantus.*

1519-S:50v.

Resp. VI.




7568.




7568a.







℣. Post partum virgo.][54] [188]

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. {242}.

## ℂ *Ad vj.*

*Ant.* Accípiens. *iij. de laudibus.* {266}
*Ps.* Defécit in salutáre. (*cxviij.* 81.) [141].

*Capitulum. Malachie iij.* (2-3.)

IPse enim quasi ignis conflans et quasi herba fullónum : et sedébit conflans et emúndans argéntum, et purgábit fílios Levi.

1519-S:50v; AS:404.

Resp. VI.

7400. 

POst partum virgo. †Invi- o-lá-ta permansís-ti.

7400a. 

℣. De- i gé-ni-trix intercé-de pro no-bis. †Invi- o-lá-ta.



℣. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.



Post partum.

℣. Speciósa [facta].[55] [481].

[ ℭ *In tempore paschali.*

1519-S:50v.

Resp. VI.

7400. 

POst partum virgo invi- o-la-ta permansís-ti.

7400a. 

†Alle-lú-ya al-le-lú-ya. ℣. De- i gé-ni-trix intercé-de pro







℣. Speciósa facta es.][56] [481].

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. {242}.

## ℭ *Ad ix.*

*Ant.* Vidérunt. *v. de laudibus.* {267}.
*Ps.* Mirabília. (*cxviij.* 129.) [150].

*Capitulum. Malachie iij.* (3.)

ET conflábit[57] eos quasi aurum et quasi argéntum : et erunt Dómino offeréntes sacrifícia in justícia.

1519-S:50v; AS:404.

Resp. VI.




sar0665.
sar0665a.









[ ℂ *In tempore paschali.*

1519-S:50v.

sar0665. Resp. VI.




℣. Elégit eam [Deus].[58] [579].

*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. {242}.

## ℂ *Ad ij. vesperas.*

*Ant.* Sýmeon [justus].[59] {265}.

*Psalmi sicut ad primas vesperas.*

[*Ps.* Dixit Dóminus. [311].

*Ps.* Confitébor. [312].

*Ps.* Beátus vir. [313].

*Ps.* De profúndis. [333].

*Ps.* Meménto. [337].][60]

*Capitulum.* Ecce ego mitto. {238}.

BL-52359:317v; AS:402; 1519-S:51r; 49r; 1531-S:25r.[61]

*Hoc modo dicatur responsorium.*




6759.

*Chorus prosequatur* [*totum*][62] ℟.




6759a.



e-ru-bés-cat Ju-dé-us infé-lix qui di-cit Chrsi-tum ex



Jo-seph sémi-ne esse na-tum. †Dum vir-go De-um



et hómi-nem ge-nu- ís- ti. ‡Et post par-tum vir-go.

*Non dicatur ulterius : sed statim incipiatur prosa* Inviolata. *Choro interim sedente et cantum prose respondente super hanc litteram* 𝕬. *post unumquemque versum.*

AS:403; 1519-S:51r; 1531-S:25r.[63]

6759. Prosa. VI.



I N- vi- o-lá-ta íntegra et casta es Ma-rí- a.



𝕬. ℣. Que es effécta fúlgi-da ce-li porta.



𝕬. ℣. O ma-ter alma Chris-ti cha-ríssima.



𝕬. ℣. Súsci-pe laudum pi- a pre-có-ni- a.



𝕬. ℣. Nostra ut pu-ra pécto-ra sint et córpo-ra.




*Chorus [prosequatur hoc modo.]*[64]




*Quando hoc festum infra lxx. evenerit hymnus* Quod chorus. {240}.

*Si vero ante*[65] *lxx. evenerit dicatur* [*ista*][66] *sequentia* Letabúndus. *Et dicatur in fine sequentie* Amen.

HS:179v; 1519-S:51v; 1520-S:96v; 1531-S:25r.[67]

508017.
ah54002.






℣. Suscépimus Deus [misericórdiam tuam.

℟. In médio templi tui].[68]

AS:405; 1519-S:52r; 1531-S:25r.

Ant. I.i.




2011.




*Oratio.* Omnípotens sempitérne Deus. [*ut supra.*][69] {242}.

*Nulla fiat memoria de sancto Blasio episcopo in audientia nec sub silentio : licet ad has vesperas facienda fuerit solennis memoria de dominicis lxx. lx.* [*vel*][70] *l.*

*Si dominica lxx. hac die contigerit, totum servitium fiat de festo : sed sine* Allelúya. *et* Te Deum. *Et fiat solennis memoria de dominica ad utrasque vesperas, et ad matutinas, et ad missam, et hystoria de lxx. per ebdomadam cantetur, scilicet in iij.*[71] *v. et vj. feria, et tunc nichil fiat de festo sanctorum Vedasti et Amandi preter memoriam ad vesperas et ad matutinas de sancta Maria : que precedet memoriam de Sancto Spiritu.*

*Similiter fiat si hoc festum in dominica lx. contigerit.*

*Si vero in dominica l. hoc festum evenerit : hystoria dominicalis similiter per ebdomadam dicatur : videlicet in ij. et vj. feria et sabbato, et tunc nichil fiat de sancto Blasio episcopo nisi tantum memoria ad matutinas de sancta Maria : que precedet memoriam de Sancto Spiritu.*

*Si vero hoc festum in proximo sabbato ante lxx. evenerit, secunde vespere de festo erunt et solennis memoria de dominica lxx. sed sine* Allelúya. [*et sine sequentia* Letabúndus.][72] *Festum vero purificationis non mutatur propter sacramentum dierum purificationis : scilicet ut numerus dierum purificationis conservetur. Sacramentum vero purificationis est, sicut Moyses precepit in lege, quod mulier cum pareret masculinum quadraginta dies abstineret se ab ingressu templi et a thoro viri : quadragesimo autem die*

*veniret cum vicinis suis et hostiis et muneribus : et in ingressu templi purificaretur a partu. Et quia sic edictum fuit in lege non mutatur festum purificationis propter lxx. et cetera.*

[25v.]

# ℭ *Sancti Blasii episcopi* [*et martyris*].[73]

(*iij. Februarius.*)

[*Invitatorium duplex,*][74] *tres lectiones.*

*Oratio.*

BEátus martyr tuus Blásius Dómine nobis misericórdie tue[75] implóret auxílium : ut cujus festa celebrámus, ejus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

*Lectio j.*

SAnctus[76] Blásius toto vite sue témpore mitis degébat : purus, ínnocens, Deum colens, verax, mansuétus, ab omni ópere pravo se ábstinens. Vidéntes ergo irreprehensíbilem ejus vitam hi qui in Sebásta Capadócie civitáte fidéles existébant : elegérunt illum sibi epíscopum. Ipse vero pergens in montem qui vocátur Argei, habitávit ibi in quadam spelúnca, et concurrébant ad eum[77] agréstes fere. Et si forte eas contigísset quocúnque dolóre tenéri : quedam ex eis tanquam intelléctu[78] currébant ad eúndem sanctum in spelúncam, et ántequam impóneret manus eis benedícens eas, non recedébant ab eo. In illis ítaque diébus : jussit Agricoláus preses congregári agréstes feras. Egrediéntes autem bestiárum comprehensóres, venérunt in montem in quo degébat sanctus Blásius epíscopus : et vidéntes spelúncam et multitúdinem bestiárum astántium ante eum, consternántes se adínvicem admiráti dixérunt, Quid hoc vult esse ? Appropiántes autem viri illi in spelúncam : invenérunt beátum Blásium oratiónem suam faciéntem. Et revérsi : nunciavérunt présidi ea que víderant.

*Lectio secunda.*

AUdiens autem hec preses : jussit eum sibi presentári. Quem videns ímpius ille : prímitus cepit blandis ei sermónibus suádere, et salútis verbum inchoáre dicens, Gaude Blasi amíce deórum. Sanctus autem Blásius respóndens dixit, Gaude et tu óptime preses, et quos deos dicis dic demónes esse : quia etérno igni tradúntur cum his qui eos honórant. Irátus autem preses : jussit eum fústibus cedi. Et dum diu cederétur :

dixit présidi, Insensáte et pervérsor animárum, alienári me speras per has penas ab amóre Dei mei et Salvatóris Jesu Christi ? Sed ego alienári non possum : quia hábeo corroboratórem meum[79] et Salvatórem, ipsum Dóminum Jesum Christum Fílium Dei vivi. Et dixit ei preses, Blasi adóra deos, an vis períre ? Sanctus Blásius respóndit, Dii qui non fecérunt celum et terram : péreant. Illa vero que tu michi quasi me terrens torménta promíttis : vite michi etérne fiunt promissiónes. Videns autem iníquus ille immutábilem ejus mentem : jussit eum in ligno suspéndi, et cum férreis pectínibus carnes ejus carminári. Dum carnes ejus incideréntur : beatíssimus Christi martyr Blásius dixit ímpio júdici, O crudelíssime, tu istis putas me penis terréri, sed hábeo Dóminum meum Jesum Christum qui me confórtat : et non dúbito me visúrum penis explétis desiderabília bona que promíssa sunt queréntibus eum.

*Lectio iij.*

TUnc irátus sevíssimus ille : dedit in eum senténtiam, dicens, Qui me contémpsit et império contradíxit, et deos inhonorávit, et octogínta octo viros pérdidit : cápita truncétur una cum duóbus illis puérulis. Sanctus vero Blásius orávit dicens, Dómine Deus meus qui me liberásti ab ydólis, qui ténebras lucem fecísti, Deus virtútum qui sedes super chérubin et apéris catharáctas celórum, qui expándis arcum tuum in manu tua, qui diábolum percussísti et drachónem interfecísti : exáudi me servum tuum, et si quis prócidens adoráverit te memóriam habens mei, Dómine si qualiscúnque spina aut étiam os in guttur illíus impégerit, et si in divérsas infirmitátes incíderit, sive in tribulatiónem aut periculum, aut si persecutiónem pátitur, súscipe peto petitiónem fidéliter peténtium te Dómine. Hec autem oránte eo : descéndit nubes de celo et infúlsit in eum. Dixítque ei Dóminus, Omnem petitiónem tuam adimplébo athléta dilectíssime. Non tantum hec : sed et sicut vídue illi[80] orásti fáciam, et benedícam omnem domum perficiéntium memóriam tui. Hórrea vero eórum replébo ómnibus bonis, propter bonam tuam confessiónem : et fidem quam in me habuísti. Et hec loquénte Dómino Jesu : mox spiculátor ejíciens[81] beatíssimum mártyrem Christi Blásium una cum duóbus illis

puérulis a pretório, amputávit cápita eórum in Sebásta civitáte foris murum super quendam lápidem, mense Februário die tértia, in Sebásta civitáte imperánte Agricoláo, regnánte in nobis Dómino nostro Jesu Christo : cui est honor et glória in sécula seculórum amen.

*Cetera* [*omnia*][82] *de communi unius martyris et pontificis* [729]. *cum oratione diei.* {282}.

# ℂ *Sancte Agatha virginis et martyris.*

(*v. Februarius.*)

## *Ad [primas] vesperas.*

[*26r.*]

*Ant.* Hec est virgo prudens. [*in communi.*][83] [877].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Confitébor. *unius virginis et martyris.* [*in communi.*][84] [915].

℟. Beáta Agatha. *iij.* [*de matutinas*].[85] {290}.

*Hymnus.* Vírginis proles. [*in communi.*][86] [877].

℣. Diffúsa est grátia [in lábiis tuis].[87] [886].

AS:405; 1519-S:52v; 1531-S:26r.[88]

Ant.
IV.ii.




sar0004.

*Ps.* Magníficat. 60*.

*Oratio.*

Deus qui inter cétera poténtie tue mirácula étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti : concéde propícius, ut qui beáte Agathe mártyris tue natalícia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

## *Ad matutinas.*

AS:405; 1519-S:52v; 1531-S:26r.[89]

sar0154. Invit. I.



CHristum ve-ne-rán-tes De-um * a-do-rémus Re-gem



re-gum. †Qui in ce-lis Agathe palmam hó-di-e de-dit



e-térnam. *Ps.* Ve-ní-te. 4*.

*Hymnus.* Vírginis proles. [*in communi.*][90] [879].

## ℂ *In j. nocturno.*

AS:405; 1519-S:53r; 1531-S:26r.[91]

sar0015. 1. Ant. VII.i.



BE-á-ta A-gatha * Quinti-á-no interro-gánti res-



póndit, ingé-nu-a sum et ex spectá-bi-lis gé-ne-re ut om-



nis pa-renté-la me-a testá-tur. *Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

AS:405; 1519-S:53r; 1531-S:26r.[92]

2. Ant.
II.i.

 1393.

AN-cíl-la Chris-ti sum, * í-de-o me osténdo serví-



lem persó-nam. *Ps.* Celi enárrant. (*xviij.*) [34].

AS:406; 1519-S:53r; 1531-S:26r.

3. Ant.
VIII.ii.

 5053.

SUmma inge-nú- i-tas * ista est : in qua sérvi-tus



Chris-ti compro-bá-tur. *Ps.* Dómini est terra. (*xxiij.*) [93].

℣. Diffúsa est. [886].

*Lectio j.*

QUintiánus procónsul Sicílie áudiens sancte vírginis Agathe opiniónem : fecit eam a suis apparitóribus coartári. Tradénsque eam cuídam matróne nómine Affrodísie que habébat novem fílias turpíssimas sicut erat et mater eárum : mandávit ut per trigínta dies mutárent ánimum ejus. Modo ígitur promitténdo leta, modo áspera : sperábant se mentem sanctam a bono propósito revocáre. Quibus sancta Agatha dicébat, Mens mea super putram solidáta : et a Christo[93] fundáta est. Verba vestra venti sunt, promissiónes vestre plúvie, terróres flúmina : que quantúmvis impíngant in fundaméntum domus mee, non potest cádere, fundáta enim est super petram. Hec autem dicens : flebat quotídie et orábat. Videns ígitur Affrodísia[94] mentem beáte vírginis immóbilem permanére : ábiit ad Quintiánum et dixit ei, Facílius

possunt saxa mollíri, et ferrum et plumbum mutári[95] : quam ab intentióne Christiána mens istíus puéllas revocári.

AS:406; 1519-S:53r; 1531-S:26r.[96]

6061. 1. Resp. II.




6061b.

*Lectio ij.*

TUnc irátus Quintiánus jussit eam ad se addúci : et dixit ei, Cujus conditiónis es ? Agatha respóndit, Non solum ingénua, sed et spectábilis génere : ut omnis parentéla mea testátur. Quintiánus dixit, Et si ingénua probóris et nóbilis : cur móribus servílem persónam te osténdis ? Agatha respóndit, Quia ancílla Christi sum : ídeo me osténdo

servílem persónam. Quintiánus dixit, Et si ingénua es et nóbilis : quómodo te ancíllam esse commémoras ? Agatha respóndit, Summa ingenúitas ista est : in qua sérvitus Christi comprobátur. Quintiánus dixit ad beátam vírginem, Elige tibi unum quodcúnque voluéris consílium : aut divérsas penas inter damnátas quasi stulta incúrre, aut quasi sápiens esto nóbilis quo te natúra ditávit, et sacrífica diis. Agatha dixit, Noli dícere deórum : sed dic demónum. Quintiánus dixit, Appáret te hoc elígere : ut divérsa sustíneas torménta. Et jussit eam in cárcerem mitti : dicens ad eam, Cógita tecum Agatha et penitére : ut possis evádere torménta. Agatha respóndit, Tu penitére : ut possis evádere etérnam penam.

AS:406; 1519-S:53v; 1531-S:26v.[97]





in á-nima me- a : quas ab infánci- a Dómi-no mi-se-



ri-córdi-ter conse- crá- vi. †Impi- e.

*Lectio tertia.*

TUnc irátus Quintiánus jussit eam celérius trahi ad cárcerem : quia voce pública eum confundébat. Agatha autem letíssime cárcerem intrávit : et quasi ad épulas invitáta, agónem suum Dómino commendábat. Sequénti autem jussit eam judex suis aspéctibus presentári : cui et dixit, Quid tractásti circa salútem tuam ? Agatha respóndit, Salus mea Christus est. Quintiánus dixit, Quoúsque infélix protráhis intentiónem tuam ? Dénega Christum et deos íncipe cólere : ne vitam tue juventútis acérba morte consúmas. Agatha dixit, Tu nega deos tuos qui sunt lápides et ligna : et Creatórem tuum qui te fecit Deum adóra. Quem si contémpseris : etérnis penis et [*26v.*] perpétuis incéndiis subjacébis. Tunc irátus Quintiánus : jussit eam in equúleo suspéndi et torquéri. Cumque torquérent eam, Agatha dixit, Ego in his penis ita deléctor : sicut qui bonum núncium audit, vel sicut qui videt quod diu desiderávit, aut sicut qui invénit thesáuros multos. Non enim potest tríticum in hórreum repóni, nisi theca ejus fúerit fórtiter conculcáta et redácta in páleas. Ita et ánima mea non potest in paradísum Dómini mei intráre cum palma martýrii : nisi diligénter perféceris corpus meum a carnifícibus attrectári.

AS:407; 1519-S:53v; 1531-S:26v.[98]

6160. 3. Resp. I.



BE-á-ta * Agatha ingréssa cárce-rem expán-



dit ma-nus su- as ad De- um et dix- it, Dó-



mi- ne qui me fe-cís-ti vínce- re tormén- ta car-ní-fi-



cum. †Ju-be me Dómi-ne ad tu- am mi-se- ri-cór- di-



6160b.

am per- ve-ní- re. ℣. Dómi-ne qui me cre-ásti



et tu-lís-ti a me amó-rem hu-jus sé-cu- li : qui corpus



me-um a pollu-ti-óne li-be-rás- ti. †Ju-be.

℣. Glória. 93*. †Jube.

## ℂ *In ij. nocturno.*

AS:407; 1519-S:54r; 1531-S:26v.[99]

4. Ant. VIII.i.



1308.

A - gatha * sancta dix-it, Si fe- ras michi promít- tas :



audí-to Chris-ti nómi-ne mansu- éscunt. *Ps.* Eructávit. (*xliiij.*) [206].

AS:407; 1519-S:54r; 1531-S:26v.[100]

4897. 5. Ant. VIII.i.



SI ignem * adhí-be- as : ro-rem michi salví-fi-cum



de ce- lo ánge-li mi-nistrá-bunt. *Ps.* Deus noster refúgium. (*xlv.*) [207].

AS:407; 1519-S:54r; 1531-S:26v.[101]

sar0112. 6. Ant. I.v.



SI pla- gas et vérbe-ra * ingésse-ris michi, há-be-o



intra me Spí-ri-tum Sanctum per quem u-ni-vérsa tu- a



torménta despí-ci- am. *Ps.* Fundaménta. (*lxxxvj.*) [270].

℣. Spécie tua [et pulchritúdine tua].[102] [567].

*Lectio iiij.*

IRátus Quintiánus consuláris jussit beátam vírginem in mamílla torquéri : et tortam diu jussit excídi. Agatha respóndit, Impie, crudelíssime, et dire tyránne : non es confúsus amputáre in fémina, quod ipse in matre suxísti ? Ego hábeo mamíllas intégras intus in ánima mea

ex quibus nútrio omnes sensus meos : quos ab infántia mea Dómino consecrávi. Tunc irátus Quintiánus, jussit eam in cárcerem íterum mitti. Cumque fuísset inclúsa : ecce média nocte venit quidam senex quem antecedébat puer lúminis pórtitor, ferens divérsa medicámina in manu sua. Qui se médicum esse commémorans : his verbis cepit eam álloqui : Licet te nimis corporálibus penis afflíxerit consuláris insánus, et licet úbera tua tórserit et amputári fécerit : tamen quia ibi eram qua hora hec patiebáris, considerávi quia potest curam salútis tua mamílla suscípere.

AS:407; 1519-S:54v; 1531-S:26v.[103]

4. Resp. VIII.

7499.




7499a.

*Lectio v.*

SAncta Agatha dixit, Medicínam carnálem córpori meo nunquam exhíbui : et turpe est ut quod támdiu ab ineúnti etáte conservávi, nunc perdam. Dixit ei supradíctus sénior, Et ego Christiánus sum et novi medicínam : nolo me vereáris. Dixit ei Agatha, Et que potest verecúndia mea circa te esse, cum tu sis sénior ? Ego vero licet sim puélla : tamen ita totum corpus meum lacerátum est, ut vúlnera ipsa non permíttant áliquid stimulári in mente mea. Sed ago tibi grátias dómine pater : quia dignátus es michi sollicitúdinem tuam impéndere. Dicit ei ille sénior, Et quare non permíttis ut curem te ? Agatha respóndit, Quia hábeo Salvatórem meum Dóminum Jesum Christum qui verbo curat ómnia : et solo sermóne suo restáurat univérsa. Hic si vult potest me salvam fácere. Subrídens autem supradíctus sénior : dixit ad beátam vírginem, Et me ipse Christus misit ad te. Nam et ego apóstolus ejus sum : et in nómine ejus scias te esse salvándam. Et cum hec dixísset : ab óculis ejus sublátus est.

AS:408; 1519-S:54v; 1531-S:26v.[104]

7140.

7140z.






*Lectio vj.*

TUnc projíciens se in oratióne sancta Agatha : dixit, Grátias tibi ago Dómine Jesu Christe, quia memor es mei : et misísti ad me apóstolum tuum qui me confortávit, et recreávit víscera mea. Et cum complésset oratiónem respéxit ad omnes máculas córporis sui, et sanáta sunt ómnia membra ejus, restitutáque est mamílla ejus. Lux quoque tanta exuberávit in cárcere : ut pre pavóre custódes cárceris fúgerent, et cárcerem apértum derelinquérent. Dicébant autem sancte Agathe persóne que in cárcere erant reclúse : ut abíret. Illa autem dixit, Absit a me ut ego corónam meam perdam : et eos qui custódes sunt tribulatiónibus tradam. Ego enim adjúta a Dómino meo Jesu Christo : perseverábo in [*27r.*] confessióne ejus qui me salvam fecit et consolátus est me. Post autem quátuor dies : jussit eam íterum Quintiánus ante suum tribúnal astáre. Cui et dixit, Agatha ímmola diis. Sináutem : scito te acrióribus torméntis aptándam. Agatha respóndit, Qui vult ad auxílium suum lápidem invocáre et non Deum verum qui me dignátus est ab omni plaga curáre, et étiam mamíllam meam íntegram meo córpori restitúere : cecus est et sine sensu. Dicit ei Quintiánus, Et quis est qui te curávit ? Agatha respóndit, Christus Fílius Dei : quem confíteor lábiis, et corde invocáre non cesso.

AS:408; 1519-S:55r; 1531-S:27r.[105]

6. Resp.
V.




7883.




7883a.




℣. Glória. 94*. †Jussa.

## In iij. nocturno.

AS:408; 1519-S:55r; 1531-S:27r.[106]

3881.





pa-ra-dí-sum Dómi-ni cum palma intrá-re martý-ri- i.



*Ps.* Cantáte. *j.* (*xcv.*) [278].

AS:409; 1519-S:55r; 1531-S:27r.[107]

8. Ant.
VII.ii.



5412.

VI-dís-ti Dómi-ne a-gónem me-um * quómodo



pugná-vi in stá-di- o, sed qui- a nó-lu- i obe-dí-re man-



dá-tis prínci-pum : jussa sum in mamíl-lis torquéri.



*Ps.* Dóminus regnávit exúltet. (*xcvj.*) [278].

AS:409; 1519-S:55v; 1531-S:27r.[108]

9. Ant.
VII.ii.



4396.

PRopter fi-dem casti-tá-tis * jussa sum suspéndi in



equú-le-o : ádju-va me Dómi-ne De-us me-us in tortú-ra



mamil-lá-rum me- á-rum. *Ps.* Cantate.*ij.* (*xcvij.*) [289].

℣. Adjuvábit [eam Deus vultu suo].[109] [574].

*Sine expositione.*

*Lectio septima.*

JUssit autem Quintiánus, testas acútas spargi : et sub testis carbónes vivos immítti, et in eísdem sanctam vírginem nudo córpore volutári. Cumque hoc fíeret, súbito locus in quo sanctum corpus volutabátur, commótus est : et pars pariétis cécidit et oppréssit duos amícos júdicis. Sed et omnis cívitas Cathanénsium, terremótu exagitáta est. Tunc omnes cives cucurrérunt ad secretárium júdicis : et cepérunt nímio tumúltu ágere, quod sanctam Dei fámulam ímpiis cruciátibus ágeret. Tunc Quintiánus fúgiens ex uno látere terremótu exagitabátur : et ex álio látere seditiónem pópuli formidábat. Igitur jussit eam in cárcerem récipi : ipse vero per postérulam secretárii fúgiens pópulum in jánuis derelíquit. Sancta ergo virgo Dei ingréssa íterum in cárcerem, expándit mauus suas ad Dóminum : et dixit, Dómine qui me creásti et custodísti me ab infántia mea, et fecísti me in juventúte viríliter ágere, qui tulísti a me amórem séculi, qui corpus meum a pollutióne separásti, et fecísti me víncere torménta carníficis, ferrum, ignem et víncula qui michi inter torquéntes virtútem patiéntie tribuísti, te déprecor ut accípias spíritum meum modo : quia tempus est ut me júbeas istud séculum derelínquere, et ad tuam misericórdiam perveníre.

AS:409; 1519-S:55v; 1531-S:27r.[110]

6990. 7. Resp. VIII.



I P-se me * co-ro-ná-vit qui per a-pósto-lum


Pe- trum in custó- di- a me con- fortá- vit :
pro e- o quod jussa sum suspén- di in e- quú-le- o
propter fi-dem casti-tá-tis. †Adju-va me Dómi-ne
De-us me- us in tortú- ra mamil-lá- rum me-
á- rum. ℣. Vi-dís-ti Dómi-ne a-gónem me-um
quómodo pugná-vi in stá-di- o : sed qui- a nó-lu- i obe-
dí-re mandá-tis prínci-pum jussa sum in mamíl- lis
torqué- ri. †Adju-va.

6990a.

*Lectio viij.*

HEc cum dixísset coram multis : cum ingénti voce emísit spíritum. Quod pii pópuli audiéntes : cum nímia celeritáte venérunt. Et auferéntes corpus ejus : posuérunt in sarcófago novo. Factum est autem dum aromátibus condirétur corpus ejus : et cum nímia diligéntia collocarétur, venit quidam júvenis séricis indútus véstibus quem sequebántur ámplius quam centum púeri ornáti et pulchri, quem nemo unquam víderat ántea in civitáte Cathanénsium : nec póstea áliquis vidit, nec invéntus est áliquis qui díceret hunc se scire. Hic ergo véniens ad locum ubi condiebátur corpus ejus : pósuit tábulam brevem ex mármore in qua est scriptum, Mentem sanctam, spontáneam, honórem Deo : et pátrie liberatiónem. Hanc scriptúram pósuit intra sepúlchrum ad caput ejus : et tándiu ibi stabat quámdiu cum omni diligéntia clauderétur. Clausóque sepúlchro abscéssit : et non est ultérius visus in tota província Siciliórum. Unde suspicátum est : quod beáte vírginis ángelus fúerit.

AS:410; 1519-S:56r; 1531-S:27r.[111]

6625. 8. Resp. IV.






*Lectio ix.*

PRedíctam autem scriptúram divulgavérunt qui víderant : et tam Judéi quam étiam géntiles
[27v.] unánimes cum Christiánis cepérunt venerári sepúlchrum sancte vírginis. Quintiánus autem consuláris : mox Dei judício intériit. Exínde vero : crevit timor et venerátio circa beátam Agatham. Ut autem evidénter illa scriptúra quam ángelus Dei ad caput beáte vírginis posúerat firmarétur : post anni círculum circa diem natális ejus, mons Ethna eructávit incéndium, et quasi flúvius torrens ita ignis véhemens terram et saxa ut ceram liquefáciens veniébat ad Cathanénsium civitátem. Tunc paganórum multitúdo fúgiens de monte descéndit : et veniéntes ad sepúlchrum vírginis et auferéntes velum unde erat sepúlchrum ejus coopértum, statuérunt illud contra ignem veniéntem, et ipsa hora stetit ignis divínitus. Cepit autem ignis prídie kalendárum Februárium, et cessávit die Nonárum earúndem, qui est dies sepultúre ejus : ut comprobáret Dóminus Jesus Christus, quod de perículo mortis et incéndii, méritis sancte mártyris eos liberásset, cui est honor et glória per infiníta sécula seculórum amen.

AS:410; 1519-S:56r; 1531-S:27v.[112]

9. Resp. VIII. 6760.





márty- ris. †De cu- jus passi- ó- ne gaudent ánge-li.



‡Et gra-tu-lán-tur laudán-tes Fí- li- um De- i.

6760a.



℣. Imma-cu-lá-tus Dómi-nus imma-cu-lá-tam si-bi



fámu- lam : é-ti- am in hoc frá-gi-li córpo-re pó-si-tam



mi-se-ri-córdi-ter consecrá- vit. †De cu- jus.

℣. Glória. 95*. †Et gratulántur.

## [*Ante laudes.*]

℣. Ora pro nobis beáta Agatha. [530].

## *In laudibus.*

AS:410; 1519-S:56v; 1531-S:27v.

4547. 1. Ant. VII.ii.



QUis es tu qui ve-nís-ti ad me * cu-rá-re vúlne-ra



me- a ? : Ego sum a-pósto-lus Chris-ti nichil in me dú-bi-



tes fí-li- a. *Ps.* Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:411; 1519-S:56v; 1531-S:27v.[113]

2. Ant. I.v.



ME-di-cí-nam * carná-lem córpo-ri me-o nunquam 3733.



exhí-bu- i : sed há-be- o Dómi-num Je-sum Chris-tum



qui so-lo sermóne restáurat u-ni-vérsa. *Ps.* Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:411; 1519-S:56v; 1531-S:27v.

3. Ant. VII.ii.



GRá-ti- as ti-bi a-go Dómi-ne * qui- a memor es 2975.



me- i : et mi-sís-ti ad me a-pósto-lum tu- um cu-rá-re



vúlne-ra me- a. *Ps.* Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:411; 1519-S:56v; 1531-S:27v.[114]

1702. 4. Ant. VIII.i.



BE-ne-dí-co te * Pa-ter Dómi-ni me- i Je-su Chris-ti :



qui- a per a-pósto-lum tu- um ma-míl-lam me- am me-o



pécto-ri resti-tu- ís-ti. *Ps.* Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:411; 1519-S:57r; 1531-S:27v.

4480. 5. Ant. VII.i.



QUi me digná-tus est * ab omni pla-ga cu-rá- re,



et mamíl-lam me-am me-o pécto-ri resti-tú- e-re :



ipsum ín-vo-co De- um vi-vum. *Ps.* Laudáte. (*cxlviij-cl.*) [49].

*Capitulum unius virginis et martyris.* [877].

*Hymnus.* Jesu coróna vírginum. *in communi.* [906].

℣. Adducéntur regi [vírgines post eam.
℟. Próxime ejus afferéntur tibi].[115]

AS:411; 1519-S:57r; 1531-S:27v.[116]

4208.




*Ps.* Benedíctus. 61*.

*Oratio.* Deus qui inter cétera. [*ut supra.*][117] {285}.

## ℂ *Ad j.*

*Ant.* Quis es. *j. de laudibus.* {302}.
*Ps.* Deus in nómine. (*liij.*) [95]
*Ant.* Te jure. [99].
*Ps.* Quicúnque. [100].

## ℭ *Ad iij.*

*Ant.* Medicínam. *ij. de laudibus.* {303}.

*Ps.* Legem pone. (*cxviij.* 33.) [132].

*Capitulum,*[118] *℟. et ℣.* [*de communi*][119] *unius virginis et martyris* [*ad omnes horas*][120] *dicantur.* [912].

## ℭ *Ad vj.*

*Ant.* Grátias [tibi][121] ago. *iij. de laudibus.* {303}.

*Ps.* Defécit in salutáre. (*cxviij.* 81.) [141].

## ℭ *Ad ix.*

*Ant.* Qui me dignátus. *v. de laudibus.* {304}.

*Ps.* Mirabília testimónia. (*cxviij.* 129.) [150].

## ℭ *Ad* [*secundas*] [122] *vesperas.*

*Ant.* Quis es tu. *j. de laudibus.* {302}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum* [*unius virginis et martyris*][123] *ut supra.* [877].

*Hymnus.* Jesu coróna [vírginum].[124] [906].

℣. Adducéntur regi [vírgines post eam.

℟. Próxime ejus afferéntur tibi].[125]

AS:412; 1519-S:57r; 1531-S:27v.

1306. Ant. VII.ii.





Dómi-no pré-ci-bus commendá-bat. *Ps.* Magníficat. 67*.

*Oratio.* Deus qui inter. [*ut supra.*][126] {285}.

[*Si hoc festum in dominica septuagesime vel quinquagesime contigerit, differatur usque in secundam feriam.*][127]

# ℂ *Sanctorum Vedasti et Amandi episcoporum [et confessorum].*[128]

(*vj. Februarius.*)

*iij. lectiones. Cetera de communi plurimorum confessorum.* [855].

*Oratio.*

ADésto Dómine pópulo tuo cum sanctórum confessórum tuórum atque pontíficum Vedásti et Amándi tibi patrocínio supplicánti : ut quod própria fidúcia non presúmit, intercessórum tibi placéntium méritis consequátur. Per Dóminum.

*Lectio j.*

AMándus ígitur sanctíssimus in Aquitánie pártibus éditus, multa loca oratiónis causa perlústrans, et íterum a Roma secúndo rédiens : tandem ascénsa navi ad Centumcellénsem[129] locum pervénit. Quadam ígitur nocte dum solus (ut illi mos erat) oráret : immúndus spíritus unum e fámulis apprehénsa manu trahébat ad mare, volens eum demérgere. Sed idem puer qui trahebátur : magnis cepit vócibus clamáre dicens, Christe adjúva me. Christe adjúva me. Sed malígnus spíritus eídem púero insultándo : respóndit, Qualis Christus ? Sed dum puer qui trahebátur mínime respónderet : ait sanctus Amándus, Dic illi fili : Christus Fílius Dei vivi crucifíxus. Statímque ad vocem illíus : inimícus ut fumus evánuit.

*Lectio ij.*

IDem vir Dómini Amándus cum multas gentes longe latéque ad fidem Christi convertísset : in fines remeávit Francórum. Elegítque sibi locum predicatióni aptum in quo cum frátribus qui cum eo in divérsis provínciis multas pro nómine Christi perpéssi fúerant passiónes, edificávit cenóbium : atque ex eísdem frátribus plures póstea abbátes vel honoríficos [*28r.*] vídimus viros. Erátque ibi múlier quedam ceca : que longo jam témpore amísso lúmine, nichil preter ténebras agnóverat. Tunc vir Dómini Amándus eam ad se ádvocans, signum crucis super óculos ejus imprímens :

ei mox et lumen córporis quod amíserat, et fidem mentis qua[130] carúerat, restítuit. Tu.

*Lectio iij.*

SAnctus vir Dei Vedástus, ubi regem Lodowícum post insperátam victóriam ab Alemánnis adéptam fídei doctrína ad sacraménta baptismátis perdúxit, a sancto Remígio epíscopus ordinátus est : et Attrábate civitáti missus est verbum Dei predicáre, qui in intróitu civitátis mox cecum et claudum curávit. Rexit autem sacérdos Dei ecclésiam Christi divína auxiliánte grátia annis círciter quadragínta : sub magna evangélice predicatiónis instántia. Qui cum post multa virtútum insígnia diem sui óbitus instáre divínitus dídicit : vocávit fílios suos ad se. Et post dúlcia mónita pietátis patérne (sacrosáncto córporis et sánguinis Christi confirmátus viático) inter manus lachrymántium spíritum emísit : sepúltus in ecclésia beáte Dei genitrícis in dextra parte altáris ubi quondam pontificális cáthedre fungebátur offício. In quo loco per áliquod jácuit tempus : quoúsque Dómino revelánte ad locum ubi nunc fulget ejus memória, est a viris sanctis Autbérto[131] et Audomáro epíscopis felíci mutatióne translátus. Ubi incessánter quotídie divína celebrántur precónia, et frequénter miraculórum signa : ad laudem Dómini nostri Jesu Christi qui vivit et regnat in sécula seculórum amen.

*Cetera de communi plurimorum confessorum.*

# ℭ *Sancte Scolastice*[132] *virginis non martyris.*

(*x. Februarius.*)

*iij. lectiones.*

*Oratio.*

DEus qui beáte Scolástice vírginis tue ánimam ad ostendéndam innocéntie viam, in colúmbe spécie celos penetráre fecísti : concéde nobis ipsíus[133] méritis ita[134] innocénter vívere, ut ad eádem gáudia mereámur perveníre. Per Dóminum.

## ℭ *Ad matutinas.*

*Lectio j. Gregorii* 2. *Dialogorum, cap.* 33. [*et*] 34.[135]

SOror beáti Benedícti Scolástica nómine, omnipoténti Dómino ab ipso infántie témpore dicáta, ad eum semel per annum consuéverat veníre : ad quam vir Dei non longe extra jánuam in possessióne[136] monastérii descendébat. Quadam vero die venit ex more : atque ad eam cum discípulis venerábilis ejus descéndit frater. Qui totum diem in Dei láudibus sacrísque collóquiis ducéntes : incumbéntibus jam noctis ténebris, simul accepérunt cibos. Cumque adhuc[137] supradícti viri Dei as mensam sedérent, et inter sacra collóquia tárdior se hora protráheret : eádem sanctimoniális fémina soror ejus rogávit eum dicens, Queso te ne ista nocte me déseras : ut usque mane de celéstis vite gáudiis áliquid loquámur. Cui ille respóndit, Quid est quod loquéris soror ? Manére extra cellam : nullátenus possum. Tanta vero erat celi serénitas : ut nulla in áere nubes apparéret. Sanctimoniális autem fémina cum verba fratris negántis audísset : insértas dígitis manus super mensam pósuit, et caput in mánibus, omnipoténtem Dóminum rogatúra declinávit.

*Lectio secunda.*

CUm vero sanctimoniális fémina leváret caput de mensa, ita choruscatiónis ac tonítrui virtus, tantáque inundátio plúvie érupit : ut neque venerábilis Benedíctus, neque fratres qui cum eo áderant, extra loci limen quo conséderant, pedem movére potuíssent. Sanctimoniális quippe fémina caput in mánibus declínans, lachrymárum fluvium in mensam fúderat : per quas serenitátem áeris ad plúviam traxit. Nec tamen paulo tárdius post oratiónem : inundátio illa secúta est. Sed tanta fuit conveniéntia oratiónis et inundatiónis, ut de mensa caput cum tonítruo leváret : quátenus unum idémque esset moméntum, et leváre caput, et plúviam depónere. Vir autem Dei Benedíctus inter choruscatiónes et tonítrua atque ingéntis plúvie inundatiónem videns se ad monastérium non posse remeáre : cepit conquéri contristátus dicens, Parcat tibi omnípotens Deus soror, quid est quod fecísti ? Cui illa respóndit, Ecce rogávi te et noluísiti audíre me : rogávi Dóminum meum, et exaudívit me. Modo ergo si potes egrédere : et me dímissa ad monastérium recéde.

*Lectio tertia.*

IPse autem exíre extra tectum non valens : qui remanére sponte
[*28v.*] nóluit in loco, mansit invítus. Sicque factum est, ut totam noctem pervígilem dúcerent : atque per sacra spirituália[138] vite collóquia sese vicária relatióne satiárent. Qua de re dixi eum voluísse áliquid sed mínime potuísse, quia si venerábilis viri mentem aspícimus : dúbium non est quod eándem serenitátem volúerit in qua descénderat permanére, sed contra hoc quod vóluit,[139] in virtúte omnipoténtis Dei ex femíneo péctore miráculum invénit. Nec mirum quod plus illo fémina, que diu fratrem vidére cupiébat : in eódem témpore váluit. Quia enim juxta Johánnis vocem Deus cháritas est : justo valde judício illa plus pótuit, que ámplius amávit. Die autem áltero cum supradícta venerábilis fémina ad cellam própriam recessísset : vir Dei ad monastérium rédiit. Cum esset post tríduum in cella consístens, elevátis in áera óculis : vidit ejúsdem soróris sue ánimam de ejus córpore egréssam, in colúmbe spécie celi secréta penetráre. Qui tante ejus glórie congáudens omnipoténti Deo

in hymnis et láudibus grátias réddidit : ejúsque óbitum frátribus nunciávit. Quos étiam prótinus misit, ut ejus corpus ad monastérium deférrent : atque in sepúlchro quod sibi ipse preparáverat, pónerent. Quo facto : cóntigit ut quorum mens una in Deo semper fúerat, eórum quoque córpora nec sepúltura separáret.[140] Tu autem.

*Cetera de communi unius virginis non martyris.* [916].

# ℂ *Sancti Valentini martyris.*

(*xiv. Februarius.*)

*Tres lectiones fiant.*

*Oratio.*

PResta quésumus omnípotens Deus : ut qui beáti Valentíni mártyris tui natalícia cólimus, a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

*Lectio j.*

AUdiens quidam scolásticus nómine Craton, famam sancti Valentíni Terracénsis civítatis presbýteri[141] : mittit ad illum nóbiles viros amícos suos, qui illum rogárent, ut ad urbem Romam dignarétur veníre. Quem cum veniéntem Craton hospítio recepísset : osténdit ei fílium suum Ceremónem, et cepit pétere, ut sicut curávit germánum Fóntei, ita isti succúrreret. Cui Valentínus ait, Tu si vis curábitur. Cui cum Craton dimídiam partem substántie sue promítteret : ait Valentínus, Crede Dei Fílium verum Deum esse Jesum Christum, et ómnibus renúncia simuláchris : et vidébis salvum fílium tuum.

*Lectio secunda.*

CUm ergo post longam fídei disputatiónem, se Craton cum cónjuge et família sua crédere Christo promisísset : Valentínus présbyter fide plenus, clauso óstio, stratóque humi cilício, elevávit púerum de lecto et projécit eum semínecem in eo cilício in quo ipso oráre consuéverat, et eo per totam noctem in Dei láudibus et oratióne manénte, lumen circa médium noctis tantum appáruit : ut hi qui in spéculis erant circa cubículum, putárent intus flammas accéndi. Et cum auróra finem nocti impóneret : Valentínus réserat claustra cubículi, et Ceremónem júvenem paréntibus ac si nichil mali perpéssus fuísset, ab omni egritúdine defecátum ássignat. Tunc Craton cum cónjuge sua et omni domo credens : baptizátus est.

*Lectio tertia.*

INtérea confluébat multitúde scolasticórum ad Christum : ita ut Abúndias prefécti urbis fílius ducerétur ánimo, et tota fídei plenitúdine, Christi se fámulum pública[142] voco clamábat. Tunc indignátio pene ómnium senatórum accénsa est : et tentum[143] Valentínum atque virgis cesum, compellébant sacrificáre demóniis. Sed diutúrna cede et custódia, vidéntes eum constantiórem fíeri, et in ipsa cede et custódia gloriári, et ómnium qui per ipsum Christo credíderant ánimos confortántem : médio noctis siléntio ejéctum de cárcere decollavérunt. Tunc Próculus, Euphínius et Appollónius scolástici qui ab eo fúerant baptizáti, ablátum corpus mártyris Valentíni, ad suam ecclésiam Terracénsem urbem noctúrno itínere transtulérunt, ibíque in suburbáno empto terre spácio non longe a civitáte sepultúre honestíssime corpus ejus tradidérunt : ipsi non longe post pro fide Christi capite cesi.[144] Tunc pópulus omnis luctum de nece illórum, et gáudium de martýrio hábuit : quique a sancto Abúndia non longe a córpore sunt sancti Valentíni sepúlti, simul in Dómino nostro Jesu Christo quiescéntes.

*Cetera omnia de communi unius martyris.* [679].

# ¶ *Sancte Juliane virginis et martyris.* [*29r.*]

(*xvj. Februarius.*)

*iij. lectiones. Invitatorium duplex.*

*Oratio.*

OMnípotens sempitérne Deus qui infírma mundi éligis, ut fórtia queque confúndas : da nobis in festivitáte beáte Juliáne [vírginis et][145] mártyris tue cóngrua devotióne gaudére, ut et poténtiam tuam in ejus passióne laudémus, et provísum nobis percipiámus auxílium. Per Dóminum.

*Lectio j.*

TEmpore illo erat quidam[146] senátor nómine Eleúsius : amícus Maximiáni imperatóris. Hic vero sibi desponsávit quandam puéllam nóbilem nómine[147] Juliánam. Transáctis autem paucis diébus, dénuo misit ad eam : volens nuptiárum implére festivitátem. Juliána vero prudénti pertráctans consílio : dicit[148] preséntibus et qui circa ipsam erant, Eúntes dicite Eleúsio prefécto, Si credíderis in Deum meum, et adoráveris Patrem et Fílium et Spíritum Sanctum : accípiam te marítum. Quod si nolúeris : quere tibi álteram uxórem. Pater vero ejus hec áudiens : pietáte postpósita, cruciátam trádidit eam prefécto sponso suo. Preféctus autem jussit beátam vírginem et núptiis et deórum cultúris renunciántem : appéndi per capíllos per sex horas. Item jussit es conflári, et expoliátam eam a cápite usque ad talos perfúndi : et sic eam incéndi. Et cum nichil ei nocuísset incéndium : item jussit ligámen[149] per fémora ejus mitti, et sic eam in cárcerem récipi. Ubi cum diábolus ei in figúra angélica apparéret, et illa tandem divínitus agnovísset, ténuit eum. Et cum eum omnem artem suam, ómnia dolósa prestígia confitéri cógeret : tandem in locum stércoris de cárcere[150] projécit. Tu autem Dómine.

*Lectio secunda.*

CUm venísset beáta virgo Juliána in pretórium : fácies ejus gloriósa[151] quasi ignis fulgébat. Cumque preféctus illam stupens

respexísset, et requisísset quis eam tantas[152] incantatiónes fácere docuísset : sancta Juliána dixit, Audi me prefécte. Dóminus meus Jesus Christus dócuit me, celéstem Patrem et Fílium et Spíritum Sanctum cólere. Ipse autem vicit patrem tuum Sáthanam et demónes patris tui : et misit de celis sanctam potestátem suam, que michi auxiliarétur et confortáret, te autem erubéscere fáceret. Tunc irátus preféctus, jussit veníre rotam férream, et fieri in ea vérbera acúta : et super ipsam rotam impóni sanctam Juliánam. Angelus autem Dómini descéndit, et commínuit arguménta : et víncula ejus solúta sunt. Preféctus autem jussit sanctam Juliánam combúri. Súbito autem venit ángelus Dómini : et flammam extínxit. Sancta autem Juliána stans illésa : glorificábat Deum in igne. Et preféctus fremébat contra ipsam, sicut fera malígna : cogitabátque quale supplícium subjícere ei posset. Jussit ergo ollam afférri, et plumbum[153] mitti in eam : et super ollam fervéntem jussit ut imponerétur. Et dum immíssa esset : mansit illésa. Hec cum vidísset preféctus : jussit eam gládio puníri.

*Lectio iij.*

SAncta autem Juliána cum pervenísset ad locum ubi decollári jussa est : cepit dícere preséntibus Christiánis, Rogo ut orétis pro me, ut dignétur Dóminus Jesus Christus accípere me ancíllam suam : ut intróire mérear in aulam sanctam ejus : ut prope vídeam currum magnitúdinis ejus. Et cum dedísset ómnibus pacem : item orávit ad Dóminum dicens, Dómine Deus omnípotens Pater amátor Fílii, qui non tradis figúram nostram in manus inimicórum, miserére mei et auxiliáre michi : et cum pace súscipe spíritum meum Dómine. Et cum hoc in oratióne dixísset : trádidit ánimam Dómino. Post paucum tempus quedam múlier Sophía de génere senatório, tránsiens per civitátem Nichomédiam, veniénsque ad urbem Romam : tulit corpus beáte Juliáne et condívit illud cum aromátibus et lintheamínibus preciósis. Dum autem veníret ad urbem : exúrgens tempéstas válida dejécit navim in fines Campánie. Pósita autem est beáta Juliána prope territórium Puteolánum : ubi habet mausoléum uno miliário a mari. Preféctus vero Eleúsius cum navigásset in sua suburbána : venit tempéstas válida, et mersit navem

ipsíus : et mórtui sunt cum eo viri número trigintaquátuor. Et cum jac-
[29v.] tásset eos aqua in locum desértum : ab ávibus et feris córpora eórum devoráta sunt. Passa est autem sancta Juliána quarta décima kalendárum Martiárum sub prefécto Eleúsio : regnánte Dómino nostro Jesu Christo cui est glória in sécula seculórum amen.

*Cetera de communi unius virginis et martyris.* [877].

# ℂ *In cathedra sancti Petri apostoli.*

(*xxij. Februarius.*)

## *Ad [primas] vesperas.*

*Super psalmos feriales.*

AS:412; 1519-S:57v; 1531-S:29v.

4981. Ant. IV.ii.



SOl-ve * ju-bénte De- o ter-rá-rum Petre cathé-nas :



qui fa- cis ut pá-te-ant ce- lésti- a regna be- á- tis.



S. A. E.

*Capitulum.* 1. *Petri j.* (1-2.)

PEtrus apóstolus Jesu Christi eléctis ádvenis dispersiónis Ponti, Galáthie, Capadócie, Asie, et Bitínie, secúndum presciéntiam Dei Patris in sanctificatióne Spíritus, in obediéntiam et aspersiónem sánguinis Jesu Christi : grátia vobis et pax multiplicétur.

℟. Quodcúnque ligáveris. [℣. Tu es. *Require in festo apostolorum Petri et Pauli.*][154] *ix.* {330}.

1519-S:58r; 1531-S:29v.

8368b. Hymn. I.



JAm bone pastor * Petre cle-mens ácci- pe, Vo-ta




℣. Tu es Petrus.
℟. Et super hanc petram edificábo ecclésiam meam.

AS:412; 1519-S:58r; 1531-S:29v.[155]




5207.

*Oratio.*

Deus qui beáto Petro apóstolo tuo collátis clávibus regni celéstis ánimas[156] ligándi atque solvéndi pontifícium tradidísti : concéde propícius[157] ut intercessiónis ejus auxílio a peccatórum nostrórum

néxibus liberémur. Qui vivis et.

℄ *Si hoc festum in xl. evenerit fiat solennis memoria de jejunio ad utrasque vesperas et ad matutinas.*

## *Ad matutinas.*

AS:412; 1519-S:58r; 1531-S:29v.[158]

1111. Invit. I.




[ ℄ *Hic cantus sequens dicatur ad matutinas super hunc hymnum.*]

1519-S:58r; 1531-S:29v.

8268b. Hymn. IV.





℣. An-nu- e Christe. [647].

## ℂ *In j. nocturno.*

AS:412; 1519-S:58v; 1531-S:29v.[159]

1. Ant. I.v.



sar0095.

P Onti-fi-cá-lis * a-pex ve-ne-rá-tur ju- re cáthedre :



Quam pri-mum mé-ri- tis Pe- trus conscén-dit he- rí-lis.



*Ps.* Beátus vir. (*j.*) [12].

AS:413; 1519-S:58v; 1531-S:29v.[160]

2. Ant. II.i.



sar0053.

H Ic su-per ex-célse * pó-si-tus fundá-mi-na Petre :



Mó-ri-bus ex-ór-nat húmi-lis quos vi-ta repórtat.



*Ps.* Quare fremuérunt. (*ij.*) [12].

AS:413; 1519-S:58v; 1531-S:29v.[161]

sar0010. 3. Ant. III.i.




*Ps.* Dómine quid multiplicáti. (*iij.*) [13].

℣. Amavit eum Dominus [et ornávit eum].[162] [800].

*Lectio j. Augustini ser.* 15 *de sanctis.*[163]

INstitútio festivitátis hodiérne a senióribus nostris Cáthedre nomen accépit : ídeo quod primus apostolórum Petrus hódie episcopátus cáthedram suscepísse referátur. Recte ergo ecclésia natálem sedis illíus colit, quam apóstolus pro ejus salúte suscépit : dicénte ei Dómino, Tu es Petrus : et super hanc petram edificábo ecclésiam meam. Petrum ítaque fundaméntum ecclésie nominávit Dóminus. Et ídeo digne hoc fundaméntum generális ecclésia colit : supra quod sui edifícii celsitúdo consúrgit.

℟. Euge [serve bone. *Quere*][164] *in communi* [804]. *et cetera* ℟. *de communi hystoria unius confessoris et pontificis, excepto ix. quod erit* ℟. Quodcunque. *ut infra ix.* {330}. [*Require in festo apostolorum Petri et Pauli.*][165]

*Lectio ij.*

UNde conveniénter psalmus dicit, Exáltent eum in ecclésia plebis : et in cáthedra seniórum laudent eum. Dignum ergo est ut fundaméntum hoc in ecclésia honorétur : per quod ad celum ascénditur. Quod natális ergo cáthedre beáti Petri hódie cólitur : sacerdotále officium honorátur. Que

étiam tanto necésse est ut plus hábeat in ecclésia dignitátis : quanto sacerdotále offícium plus habet honóris.[166] Dies ergo hec fratres charíssimi a nobis mérito honorátur, quia dum natále cáthedre cólimus : episcopátum Petri apóstoli venerámur.

*Lectio tertia.*

*Hucusque Augustinus.*

Hujus autem solennitátis relígio sic ecclésiis introdúcta est. Cum pertransíret apóstolus disséminans verbum vite, et fundaméntum jáciens ecclésie, et appropinquáret Antióchiam : cepit per Nicétam et Aquílam,[167] tota cívitas audíre quod Petrus adventáret. Omnis autem pópulus Antióchie cívitatis audiéntes Petrum veníre : occurrérunt ei. Omnésque majóres natu et nóbiles cínere aspersérunt cápita, multíque cilício indúti sunt, nudis pédibus peniténtiam agéntes, quod contra predicatiónem ejus cum Symóne mago consensíssent. Hec et his simília prosequéntes, ófferunt ei vexátos languóribus et demóniis fatigátos : paralýticos quoque et divérsa perícula patiéntes. Et erat ibi infiníta multitúde simul languéntium. Quos videns Petrus non solum penitúdinem ágere quod de eo male dixíssent per Symónem, verum étiam quod tam íntegram fidem exhibérent Deo ut étiam omnes divérsas egritúdines patiéntes créderent per eum [se][168] posse salvári : expándit ad [30r.] celum manus suas, et cum láchrymis oratiónem effúndens, gratiásque réferens Deo dixit, Benedíco te Pater predicánde, qui omne verbum et promíssum Fílii tui per nos adimplére dignáris : ut cognóscat omnis creatúra quia tu solus es Deus in celo et in terra. Tu.

## ℭ In ij. nocturno.

AS:413; 1519-S:58v; 1531-S:30r.[169]

4. Ant. IV.i.



sar0055.

Hujus amóre * Deus servórum terge reátus :



Ut ti-bi qui plá-cu- it pla-cí-dos nos rédde-re pos-sit.



*Ps.* Cum invocárem. (*iiij.*) [13].

AS:413; 1519-S:59r; 1531-S:30r.[170]

sar0093. 5. Ant. V.i.



PAn-de tu- is * ce- los quos servas magne sa-cér-



dos : Ne ti-bi commís-sos invá-dat pés-ti-fer ag-nos.



*Ps.* Verba mea. (*v.*) [14].

AS:413; 1519-S:59r; 1531-S:30r.[171]

sar0013. 6. Ant. VI.



SY-de-ra * scansú- rus terrísque hinc do-na da-tú-



rus : Quos si-bi de-lé-git ti-bi Christus Pe-tre sub-é-git.



*Ps.* Dómine Dóminus noster. (*viij.*) [17].

℣. Justum dedúxit. [808].

*Lectio quarta.*

HEc his simília dicens beátus Petrus apóstolus, ascéndit in eminentiórem locum : et jussit ante se poni omnem multitúdinem egrotántium. Quos omnes hac voce allóquitur, Símilem vobis hóminem me esse vidéntes, nolíte putáre quod a me póssitis recuperáre salútem : sed per eam qui de celo descéndens, osténdit credéntibus sibi veram ánime et córporis medicínam. Unde vox vestra testem adhíbeat hunc omnem pópulum, quia ex toto corde créditis in Dóminum Jesum Christum : ut sciant étiam seípsos ab ipso per nos posse salvári. Tu.

*Lectio v.*

